Ubi eſtiſ uos? ite actutum tyndarum huc accerſite
Vos ite intro interibi ego ex hac ſtatua uerueceа uolo
Erogitare meo minore quid ſit factum filio vos lauate interibi.
(Philop) Sequere hac philocrateſ me intro. (Philoc) ſequor.

AEGIO. STALAGMUS SERUUS FUGITIUUS.

Age tu illuc procede bone uir lepidû mancipiu͞ʒ meum
(Sta) Quid me oportet facere? ubi tu talis vir falſum autumaſ
Fui ego belluſ lepidus bonuſ uir unq̄ neque frugi bone
Neque ero unquam: neq: ſpem ponas me bone frugi fore
(Aeg) Propemodum ubi fortunę tuae ſint facile intelligiſ
Si eriſ uerax tua ex re facies ex mala meliuſculam.
Recta & uera loquere ſed neque vere neq: recte adhuc
Feciſti unq̄. (Sta) quid ego fateor? credin pudueat cu͞ autumaſ
(Aeg) At ego faciam vt pudeat nam in ruborem te totum dabo
(Sta) Eya credo ego imperito plagas minitariſ mihi
(Aeg) Tandem iſta aufer. quid fers dic ut feras hinc quod petis
Satiſ faciundus ſed iam fieri dictis compendium uolo
(Sta) Utiis fiat. (Aeg) bene morigeruſ fuit puer n͞c non decet
Hoc agamus iam animum aduorte hęc mihi q̄ dicam ediſſere.
Si etis verax tuis rebuſ feceriſ meliuſculas
(Sta) Nugae iſtaec ſunt num me cenſes ſcire quid dignuſ ſiem?
(Aeg) At ea ſubterfugere potiſ es pauca ſi non omnia
(Sta) Quia & fugi et tibi ſubripui filium & eum uendidi
(Aeg) Quoi homini. (Sta) theodoro medico in aulide polyphruſio
Pauca efficiam ſcio. Nam multa euenient et merito meo
Sex miniſ. (Aeg) phe di ĩmortales is quidem huiuſ pater eſt
Philocratis. (Sta) quin melius noui q̄ te et uidi ſepiuſ
(Aeg) Serua iupiter ſupreme & me & meum gnatum mihi
Philocrateſ per tuum genium obſecro exi. te uolo.

PHILOCRATES. AEGIO. STALAGMUS.

(Phi) Aegio adſum ſi quid me vis impera. (Aeg) hic gnatu͞ meum
Tuo patri ait ſe uendidiſſe ſed miniſ in aulide
(Philo) Quam diu id factum eſt? (Aeg) hic annuſ incipit uigeſimuſ
(Phil) Falſa memorat. (Sta) aut ego aut tu: nam tibi quadrimulum
Tuus pater peculiarem paruulum puero dedit
(Phi) Quod erat ei nomen ſi uera dicis memora dum mihi